fit/vt illi placeatur interiori

gaudio cōscietle: partim cor-  
rā hominib⁹ nū vt gloria hu-  
mana capiatur/ quinqz dicū-  
tur sa piētes ⁊ quinqz fatue:  
vtręqz tamen virginę quia  
vtręqz cōtinentia est: q̄uis  
diuerso fomite gaudeat. Lā  
pades autē sunt que mani-  
bus portantur: opa q̄ scdm  
istā cōtinentiā sunt. Dictuz  
est autem. Luceāt opera ve-  
stra coram hominibus. Oēs  
vero acceperūt lampades  
suas: et venerūt obuiā spon-  
so. Intelligēdū est ergo ch̄i-  
stī nomine cēseri de quibus  
agitur: nō enim possunt qui  
ch̄ristiani nō sunt spōso xp̄o  
venire obuiā. *Euāgelij req̄-  
re post quatuor lec. seq̄ntes*  
*Itē i. iij. noc. de virginibus*  
*tc. sc̄i euāḡ. fm̄ mat. l. p. rrv*  
**I**n illo t̄p̄e? Dixit ies⁹  
discipul⁹ suis para-  
bā hāc. Simile est regnū ce-  
lorum decē virginibus: que  
accepiēt lampades suas  
exierūt obuiā sponso et spō-  
se. Et reliqua. *Homelia bea-  
ti grego. pa. de eadē lectiōe*  
**S**epe vos fr̄es charissimi  
admonēo praua opa fugere  
mūdi hui⁹ inq̄namēta deui-  
tare: s̄z hodierna sc̄i euāge-  
lij lectione opellor: dicere vt  
bona q̄ agis cū magna cau-

tela timeatis: ne p̄ hoc qd̄ a  
vob⁹ rectuz gerit̄ fauo: aut  
grā hūana req̄rat: ne appet-  
tit̄ laudis subrepat: vt qd̄ so-  
ris ostenditur intus a merce  
de vacuet. **E**cce enī redē  
ptoris voce decē virginę ⁊  
oēs dicūtur virginę ⁊ tamē  
intra tannā beatitudinis nō  
omnes sunt receptę: quia ea-  
rū qdā dū de virginitate sua  
fors gloriā expetūt: i valis  
suis oleū h̄re noluerūt. *l. r.*

**S**ed prius nob⁹ querē-  
dū est quid sit celozū  
regnū: aut cur decē virginū  
bus comparetur: que etiam  
virginę prudētes et fatue  
dicant. Dū enī celozum re-  
gnū cōstet qz reproborū nul-  
lus ingreditur: etiaz fatuis  
virginibus cur simile eē per-  
hibetur? **S**ed sciendū est  
qz sepe in sacro eloq̄o regnū  
celozuz presentis t̄pis eccle-  
sia dicit̄: de quo in alio loco  
dñs dicit. **M**ittet filius ho-  
minis angelos suos: et colligēt  
de regno eius oīa scan-  
dala. Neqz enī in illo regno  
bitudinis in q̄ pay summa  
est inueniri scādala poterūt  
q̄ colligant. **E**t runde rursum  
dicit̄. Qui ergo soluerit vnū  
de mādatis istis minimis: ⁊  
docuerit sic homines mult-  
G. liij.



mus vocabitur in regno celo-  
lorū qui autem fecerit et do-  
cuerit hic magnus vocabitur  
in regno celorum. **Lectio. xi.**

**Q**uidatū quippe sol-  
uit et docet quā hoc quod  
est voce predicat: quod viuē-  
do non implet. Sed ad regnū  
eterne beatitudinis perue-  
nire non valet: qui non vult  
opere implere quod docet.  
Quomodo ergo in eo mini-  
mus vocabitur: qui ad hoc nul-  
lo modo intrare permittit?  
Quid itaque per hanc senten-  
tiam nisi presens ecclesia ce-  
lorum regnū dicitur: In qua  
doctor qui mandatum solu-  
uerit minimus vocabitur: quia  
cuius vita despicitur: restat  
ut predicatio cōtēnatur. In  
quibus autem corporis sensi-  
bus unusquisque subsistit: ge-  
minatus autem quinarium de-  
narium perficit. Et quia ex  
vtriusque sexu fidelium multi-  
tudo colligitur sancta eccle-  
sia decē virginibus similis de-  
nūciatur: in qua quod mali cum  
bonis et reprobi cum electis  
admixti sunt: recte filis vir-  
ginibus prudētibus et fatuis  
esse prohibetur. **Lectio. xii.**

**S**unt namque plerique pre-  
sentes quod ab exteriori  
appetitu se custodiunt et spe

ad interiora rapiunt: carnē  
macerant et toto desiderio  
ad supernā patriam anhelant:  
eterna premia expectant pro  
laboribus suis laudes hu-  
manas recipere nolunt. Ibi  
nimirum gloriam suā in ore ho-  
minum non ponunt: sed intra cō-  
scientiam cōtegunt. Et sunt  
plerique qui corpus per absti-  
nentiā affligunt: sed de ipsa  
sua abstinentia humanos fa-  
uores expectant: doctrine in-  
ferunt: idigentibus multa lar-  
giunt. Sed fatue profecto sunt  
virgines: quod solā laudis trāsi-  
torie retributiones querunt  
Unde et apte subdit. Quin-  
que fatue non sumperunt oleum  
secum: prudentes vero acce-  
perunt oleum in vasis suis  
cum lampadibus. **Lect. scilicet euāg.**

**In mattheum. Cap. xvi.**

**I**n illo tempore dixit iesus  
discipulis suis para-  
bolam hanc. Sile est regnum  
celorum decē virginibus: que  
accipientes lampades suas  
exierunt obviam sponso et spō-  
se. Quinque autem ex eis erant  
fatue: et quinque prudentes.  
Sed quinque fatue acceptis  
lampadibus non sumperunt  
oleum: prudentes vero  
acceperunt oleum in vasis  
suis cum lampadibus. Adoram

autem faciente sponso: doro-  
mitauerunt omnes et dor-  
mierunt. **¶** Media autem no-  
cte clamor factus est ecce sponsus  
venit exite obviam ei. Tunc  
surrexerunt omnes virginis  
ille: et ornauerunt lampades  
suas. Fatue autem sapienti-  
bus dixerunt. Date nobis de  
oleo vestro: quia lampades  
nostre extinguuntur. **¶** Respon-  
derunt prudentes dicentes. Ne  
forte non sufficiat nobis et vo-  
bis: ite potius advenientes  
et emite vobis. Dum autem  
trent emere venit sponsus:  
et que parate erant intraue-  
runt cum eo ad nuptias: et clau-  
sa est ianua. Postquam vero  
veniunt et relique virginis  
dicentes. Domine domine ape-  
ri nobis. At ille respondens  
ait. Amen dico vobis: nescio  
vos. **¶** Vigilate itaque: quia ne-  
scitis diem neque horam. **¶** *In*  
*tertio noc. Lectio sancti eu-  
gelii secundum Mattheum. Cap. viij.*  
**¶** In illo tempore dixit  
Iesus discipulis suis pa-  
rabolam hanc. Simile est re-  
gnum celorum thesauro abs-  
condito in agro: et quem qui  
inuenit homo abscondit: et  
per gaudio illius vadit: et ve-  
nit vniuersa que habet: et emit  
agrum illum. **¶** Et reliqua. **¶** *Matth.*

*mes. bti greg. pape. de e. f.*

Celorum regnum fratres charis-  
sissimi idcirco trenis rebus  
simile dicitur: ut ex his que  
animus nouit: surgat ad in-  
cognita que non nouit: qua-  
tenus exemplo visibilium se ad  
inuisibilia rapiat: et per ea  
que visu didicit quasi confri-  
catus scalescat: ut per hoc  
quod sit notum diligere: discat et  
incognita amare. **¶** Ecce enim  
celorum regnum thesauro abs-  
condito in agro comparatur  
quem qui inuenit homo abs-  
condit: et per gaudio illius  
vadit: et vedit vniuersa que ha-  
bet: et emit agrum illum. **¶** *Ec. x.*

**¶** Quia in re hoc quoque no-  
tandum est: quod inuentus  
thesaurus abscondit: ut fuerit  
quod studium celestis desiderii a  
malignis spiritibus custodire  
non sufficit: quod hoc ab humanis  
laudibus non abscondit. **¶** In  
patri etenim vita quasi in via su-  
mus: qua ad patriam pergitur  
maligni autem spiritus iter  
nostrum quasi quidam latrunculi  
obsident. Depredari ergo de-  
siderat: qui thesaurum in via  
publice portat. **¶** *Recto. xi.*

**¶** Hec autem dico non ut per-  
ximis opera vestra non videant  
operam vestra bona et gloriosi-

**Comme**

cēt patrē vestrū q̄ in celis ē:  
sed vt per hoc quod for̄ agi-  
mus/laudes exterius nō q̄-  
ramus. Sic autē sit opus in  
publico quaten⁹ intētio ma-  
neat in occultoꝝ vt et de bo-  
no opere p̄mīs p̄beam⁹  
exēplū: ⁊ tamē per intentio-  
nē qua soli deo placere que-  
rimus/ semp̄ optem⁹ secre-  
tū. **T**hesaurus autē celeste ē  
desideriū: ager vero in quo  
thesaurus abscondit̄ discipli-  
na studij celestis. **Q**uē pro-  
fecto agrū venditis oib⁹ cō-  
parat/ q̄ voluptatib⁹ carnis  
renūciat: cūctaq̄ sua frena  
desideria p̄ discipline cele-  
stis custodiā calcat⁹ vt nihil  
iā qd̄ caro blandit̄ libeat: ni-  
hil qd̄ carnalē vitam eruct-  
dat spiritus perhorrescat.

**Tu autem. Lectio. x.**

**R**egnū celeste regnū  
negociatorū hōi simi-  
le dicit̄/ qui bonas margari-  
tas q̄rit: s̄ynā p̄ciosam inue-  
nit quas videlicet inuentam  
oīa vendens emit: q̄ q̄ cele-  
stis vite dulcedinē in quātuz  
possibilitas admittit/ perfe-  
cte cognouerat/ cūcta libētē de  
relinquit: in cōparatiōe ei⁹  
vilescunt omnia/ deserit ha-  
bita/ congregata dispergit:

inardescit in celestibus an-  
sus: nihil in terrenis libet̄  
deforme conspicitur que qd̄  
de terrene rei placebat spes  
cie: quia solus p̄ciosus mar-  
garite claritas fulget i mē-  
te. De cuius dilectiōe recte  
p̄ salomonem dicitur fortis  
est sicut mors dilectio: quia  
videlicet sicut mors corpus  
interimit: sic ab amore rerū  
corporalium eterne vite cha-  
ritas occidit. Nā quem per-  
fecte absorbuerit: ad terre-  
na foris desideria velut in-  
sensibilem reddit.

**Euāgelii  
requisitū post quattuor lectio-  
nes sequentes. C. Itē in. iij.  
noct. Lectio sancti enāgē  
s̄m̄ d̄ Mattheum. Cap. xiiij.**

**I**n illo tēpore ⁊ dixit  
Iesus discipulis suis  
parabolā hanc. Simile est  
regnū celozū thesauro abs-  
condito in agro: quem qui si-  
uenit homo abscondit: ⁊ pre  
gaudio illius vadit et vendit  
vniuersa que habet/ et emit  
agrum illuz. Et reliqua.

**Ex  
commētario bti hieronymi  
p̄b̄i de eadem lectione.**

**T**hesaurus iste in quo sunt  
omnes thesauri sapientie et  
scientie absconditi: aut d̄bū  
dei est quod in christi carne  
videtur absconditū/ aut san-

cte scripture i quib<sup>9</sup> e repo-  
 sita noticia saluatoris. Quez  
 est quis in eis inuenerit; de-  
 bet omnia emolumēta isti  
 seculi contēnere: vt illū pos-  
 sit h<sup>9</sup> e quē reperit. **Q**uod  
 autem sequitur quem cum  
 inuenerit homo abscondit id  
 circo dicitur non quomodo  
 hoc de iuidia faciat; s; mo-  
 re seruantis et nolentis per-  
 dere abscondit in corde suo:  
 quem pristinis pretulit fa-  
 cultatibus. **Lectio. r.**

**T**erum simile est re-  
 gnum celorum homi-  
 ni negotiatori querenti bo-  
 nas margaritas. Inuēta au-  
 tem vna preciosa margari-  
 ta: abiit et vendidit oīa que  
 habuit et emit eā. Alijs ver-  
 bis idipsum quod supra di-  
 cit. Bone margarite quas  
 querit insitor; lex et prophe-  
 te sunt. Audi marcion; audi  
 manichee. Bone margarite  
 sunt lex et prophete et noti-  
 ciaveteri instrumenti. **U**nus  
 autem est preciosissimū mar-  
 garitum: scientia saluatoris  
 et sacramentus passionis il-  
 lius et resurrectionis archa-  
 nū; quod cum inuenerit ho-  
 mo negotiator similis pau-  
 lo apostolo omnia legis pro-  
 phetarūq; mysteria et obser-

uationes pristinas in quib<sup>9</sup>  
 ante inculpate vixerat qua-  
 si purgamenta contemnet et  
 quisquillas vt christū lucrifa-  
 ciat: non quo inuentio noue  
 margarite p<sup>9</sup> dēnatio sit vete-  
 rū margaritarum; sed quo  
 cōparatiōe eius omnia alia  
 gemma sit vilior. **Tu** autem  
 dñe mubere nri. **Lectio. r.**

**T**erū simile ē regnū  
 celorum sagine misse  
 in mare et cetera; impleto  
 vaticinio hieremie dicētis:  
 ecce ego mitto ad vos pesca-  
 tores multos. Postq̄ au-  
 dierunt petrus et andreas  
 iacobus et iohannes filij ze-  
 bedei sequimini me et faciā  
 vos piscatores hominū; cō-  
 texerunt sibi ex veteri et no-  
 uo testamēto sagemam euā-  
 gelicorum dogmatum; et mī-  
 serunt eam i mare huius se-  
 culi. **Q**ue profecto sagemā  
 vsq; hodie medijs fluctibus  
 tenditur captiens de salis et  
 amarj gurgitibus quicquid  
 incidit: id est et bonos ho-  
 mines et malos; et optimos  
 pisces et pessimos. Cum au-  
 tem venerit consummatio et  
 finis mundi; et domin<sup>9</sup> infra  
 manifestus differit; tūc sa-  
 gena extrahetur ad littus  
 tūcverum secernēdorum pi-

Comune vtriusq[ue].

scum monstrabitur iudicium: et quasi in quodam quietissimo portu boni mittetur in vasa celestium mansionum: malos autem torrendos et exsiccandos gehenne flamma suscipiet.

**Lectio. xlv.**

**I**ntellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam domine. Ad apostolos proprie sermo est et illis dicitur intellexistis hec: quos non vult tantum audiret populum? sed intelligeret magistros futuros. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Instructi erant apostoli scribe et notarii saluatoris qui verba illius et precepta signabant in tabulis cordis carnalibus signorum celestium sacramentis et pollebant opibus patri familias eicientes de thesauro doctrinarum noua et vetera: ut quicquid in euangelio predicabant: legis et prophetarum vocibus comprobarent. Unde et sponsa dicit in cantico canticorum. Noua cuius veteribus fratruelis meus seruauit tibi. **Sequentia sancti euangelij secundum mattheum.**

**Capitulum. xlv.**

**I**n illo tempore: Dixit iesus discipulis sicut parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa quod habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educetes et secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Erunt angeli et separabunt malos de medio iustorum: et mittent eos in calcamentum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. At illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias: qui profert de thesauro suo: noua et vetera. **Amē.**

**Sequitur comune plurimorum confessorum.**

**S**i alicubi propter patrocini-  
um plurimorum confessorum  
festum occurrerit ad vespas  
an Tollite iugum meum, ut  
de aplis in sedis vel. Cap.



Ut timet dñs re-  
quirunt que be-  
neplacita sunt  
illi: et qui dili-  
gunt illū: imple-  
buntur legē ipsius. **S**unt  
lumbi. **Requere de p̄fessore**  
**p̄sifice. xij. Be. fo. xxvij. hy?**  
Sanctorum meritis. Hi sunt  
quos retinens. Te summa  
deitas. **Requere ex hymno**  
**de martiribus. fo. lxxij. Ad**  
**vḡ. an.** Scimus qm̄ dilige-  
tibus deū oia cooperant in  
bonū his q̄ fm̄ p̄positū vo-  
cati sunt sancti. **Oratio.**

**O**mnedeus: ut ad meliorem  
vitam sanctorum tuorum exem-  
pla nos prouocent: quatenus  
quorum solennia agimus: etiam  
actus imitemur. Et factus per  
dñm. **Invocatio.** Regē con-  
fessorum dñm Venite adore-  
mus. **Hy?** Deuota sanctorum  
fides. In his paterna. Te  
nunc redemptor: quos. **Requere**  
**ex hymno nocturnali ap̄loz**  
**fol. lxxij. In primo noc. an.**  
Secus decursus aquarum.  
ut in comuni marty. fol. vi.

**Retamini. Lectio.** Beati  
sunt sui illi. **Requere de p̄fesso-**  
**fore p̄sifice. fol. xxvij. Be. fo.**  
Isti sunt viri sancti quos ele-  
git dominus in charitate non  
ficta: et dedit illis gloriam  
sempiternam. Quorum doctri-  
na fulget ecclesia ut fol. 2 lu-  
na. **S**ancti per fidem vice-  
runt regna operati sunt ius-  
titiam adepti sunt re promul-  
siones. Quorum. **Be. ij. Exul-**  
**tabunt sancti in gloria. Le-**  
**tabunt in cubilibus suis. Be.**  
**Epulentur et exultent in con-**  
**spectu dei et delectentur in**  
**letitia. Lecta. Be. iij. Reddit-**  
**dit deus mercedem laborum**  
**sanctorum suorum. Et deduxit**  
**illos in viam mirabilem. Be.**  
**Via iustorum recta facta est:**  
**et iter sanctorum prepara-**  
**tum est. Et deduxit. Be. iij. Vos**  
**estis sal terre: vos estis lux**  
**mundi. Non potest ciuitas**  
**abscondi supra montem posi-**  
**ta. Be. Videant opera vestra**  
**bona et glorificent patrem ve-**  
**strum qui est in celis. Non po-**  
**test. Gloria. No. In. ij. ac-**  
**ctur. an. Sanctis qui in ter-**  
**ra sunt eius mirificauit om-**  
**nes voluntates meas inter**  
**illos. ps. xv. Conserua. fol.**  
**iiij. an. Hec est generatio qua-**  
**rentiam dominum querentium**

faciē dei iacob. **ps. xxlii.** Do  
mini est terra. **fo. vii. an.** Le  
tamini in domino et egulta  
te iusti. Et gl'amini omnes  
recti corde. **ps. xxxi.** Beati  
quorum. **fo. x. an.** Exultate  
iusti i domino rectos decet  
collaudatio. **ps. xxxii.** Exul  
tate. **fo. xi. an.** Clamauerūt  
iusti et dominus exaudiuit  
eos. **ps. xxxiii.** Benedicam.  
**fo. xi. an.** Beati quos elegi  
st dñe habitabunt in atrijs  
tuis. **ps. lxiij.** Te decet. **fo.**  
**xxi. v.** Iusti in perpetuum.  
**ps. v.** Propter testamētum  
domini et leges paternas  
persisterunt sc̄i dei in amo  
re fraternitatis. Quia vn⁹  
fuit semper spiritus in eis  
vna fides. **v.** Memoria eorū  
non derelinq̄tur et nomē eo  
rum in eternum erit. Quia.  
**ps. vi.** Iusti in perpetuum vi  
uent/ et apud dominum est  
merces eorum: et cogitatio  
illorum apud altissimum.  
Ideoq; accipient regnum  
decoris de manu domini. **v.**  
Deus enim temptauit illos  
et inuenit eos dignos se.  
Ideoq; **ps. vii.** Corpora s̄c̄  
torum in pace sepulta sunt/  
et nomina eorum uiuent In  
generationem et generatio  
nem. **v.** Sapientiam eorum

narrant populi et nomina  
eorum uiuent. In ge. **ps. viii.**  
Iustos deducit dominus p  
vias rectas/ et ostēdit illis  
regnum dei z dedit illis sci  
entiam sanctorum honesta  
uit illos in laboribus. Et cō  
pleuit labores illorum. **ps.**  
Immortalis est enī memo  
ria illorum/ quia z apud de  
um nota est/ et apud homi  
nes. Et comple. **In ter  
tio nocturno an.** In celesti  
bus regnis sanctorum ha  
bitatio est et in eternum re  
quies eorum alleluia. **Lan  
ticum.** Hos sancti. **fo. lxxij.**  
**v.** Exultent. **Euangelium.**  
Sint lumbi. **folo. xli. ps. ix.**  
Elegit eos dominus et ex  
cellos fecit illos statuit il  
lis testamentum eternū cir  
cuncinxit eos zona iustitie.  
Et induit eos corona gl'ie.  
**v.** Glorificauit illos in con  
spectu regum/ z ostēdit il  
lis gloriam suā. Et in. **ps. x.**  
Magnificauit eos in cōspe  
ctu regum. Et dedit illis co  
ronam gl'ie. **v.** Statuit il  
lis testamentū sempiternū/  
et bñificauit illos. Et. **ps. xi.**  
Amavit eos dominus z or  
nauit eos stola gl'ie iduit  
eos. Et ad portas paradisi  
coronauit eos. **v.** Induit

eos dominus loqua fidel et  
armavit eos. Et ad. *Re. xij.*  
Sunt tibi. *vtis de coi cofes.*  
*pōti. fo. xxvii.* **C** Ad lau. ā.  
Corpora sanctorum in pace  
sepulta sunt et vivunt nomi  
na eorum in eternū. *ps. xcij.*  
Dominus regnavit. *fo. xxvij.*  
*Lp. hy. 2. v. et ofort i primis*  
*vel. 2. 3. breue.* Scti tui dñe  
Bñdicent te. *v.* Gloriam re  
gni tui dicent et potentiam tu  
am loquentur. *Re. Ad bñ*  
*ān.* Sapientiam sanctorum  
narrat populi et laudem eo  
rum pronunciat omnis ecclia  
**C** Ad. i. ā. Fulgebūt scti si  
cut sol in regno p̄ris eorum  
**C** Ad. ii. ā. Iustorum anti  
me in manu dei sunt/ et non  
tanget illos tormētum ma  
licie. *Lp. et ofort in primis*  
*vel. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*  
*ān.* Sanctorum velut aquile  
levitatus renouabitur flo  
rebunt vt lilium in conspe  
ctu domini. *Capitulum.*  
**Q**ui timent dominum  
preparabunt corda  
sua et in conspectu illius san  
ctificabunt animas suas. *v.*  
Iusti i perpetuū vivēt. *Or.*  
Sanctorum confesso  
rum tuorum q̄s domi  
ne supplicatiōe placatus  
et veniam nobis tribue et re

media sempiterna concede  
Et famur per dñm. **C** Ad  
nonā ān. Vox letitiae i tabe  
naculis iustorum alla alla  
alla vel in eternum. *Lpm.*  
**Q**ui timent dñm custo  
diunt mādata illius  
et patientiam habebunt vsq̄  
ad inspectionem illius. *xl.*  
Exultent iusti. *Oratio.*  
**D**eus q̄ spicis ex nos  
stra infirmitate defi  
cere? ad amorē tuū nos mi  
sericordie p̄ sctōrum tuorum ex  
empla restaura. Et fac p̄ b.  
**C** In. ii. vel. ān. Tollite in  
gū meū. cū reliq̄s regre de  
ap̄tis. *fo. ij. Cap. 2. Re. hy. 2. v.*  
et ofo vt i lau. *Ad maēt ān.*  
Reddidit deus mercedē labo  
rum sanctorum suorum et de  
duxit illos in via mirabili.  
**C** Finit cōmane Estiuale.  
**C** Ante omnes horas. *or.*  
**Q**uāps sempiternae de  
qui nos cū nō essemus  
de nihilo creasti; cū perisse  
miserit corditer redemisti  
Rogo te p̄ icōmutabile ma  
testatē tuā suscipe has lau  
des et orōnes quas tibi nūc  
sū in illa vnione charitatis  
et dilectionis qua vnigent.



*Orationes ante et post horas.*

tum filiū tuum misisti in te:  
rū beatissime virginis marie  
et in qua eū patientē et mo-  
rientē p nobis in cruce sus-  
cepisti. Amen. **Oratio dicē-  
da post finē omnium horarū.**

**O**mnipotens ago tibi omps  
sempiternę deę quod  
me indignum peccatorē ad  
tuum seruitū nullis meis  
meritis sed sola dignatiōe  
misericordię tue vocare di-  
gnatus es: rogo te p dolo-  
rem vulnerū dñi nostri iesu  
christi vnigeniti tui et p san-  
ctissimi sanguinis eius effu-  
sionē: ac innocētissime mor-  
tis virtutē: suscipe hoc sacri-  
ficium seruitutis mee p glo-  
riā maiestatis tue: pro pec-  
catis meis: pro ecclesia tua  
sancta: et pro aiabus omnium  
fidelium defunctorū in penis  
purgatorij constitutis: in il-  
la vnione charitatis et dile-  
ctionis qua eundē dominū  
nostrū iesum christū pro no-  
bis in cruce suscepisti mouē-  
tem: et concede mihi p me-  
ritum eiusdem passionis te  
in veritate diligere: et in tuo  
seruitio fideles iugiter per-  
manere. Amen. **Oratio**

**pro p̄seuerantia in dei Patrio.**

**O**nne deū sumus om-  
nipotēs deus: p me-

ritum passionis domini no-  
stri iesu christi: et per inter-  
cessionem beate marie sem-  
per virginis sanctarūq; om-  
nium celestium virtutum: et bea-  
torum patriarcharum/ pro-  
phetarū/ apostolorum/ mar-  
tyrum/ cōfessorum/ virginū/  
et omnium electorū tuorū: no-  
bis in tua voluntate pseue-  
rantiam: vt tibi placitam iu-  
giter valeam exhibere ser-  
uitutē. Per eundē. **Oratio**

**D**e mihi queso domi-  
ne deus in obseruan-  
tia mandatorū tuorū fm bñ  
placitum sanctissime volun-  
tatis tue proficere: et debi-  
tū p̄fessionis mee iuxta nor-  
mam mihi propositam cum  
feruore spiritus iugiter ad-  
implere. Per christum dñm  
nostrum. Amen.

**Oratio deo.**

*[Marginal notes in red and black ink, partially obscured by the binding and gutter.]*

In dedicatione ecclesie.  
Ad pames vii. sup pos i.



**A** domine vniuersorum qui nullam habes indigentiam voluisti repletum fieri in nobis: conserua domum istam immaculatam in eternum domine. **an.** Benedictus es in templo sancto glorie tue et laudabiliter gloriosus et super exaltatus in secula. **i.** Presta domine vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur cuncta se impetrasse letetur. **an.** Fundamenta templi huius sapientia dei fundauit i quo dominum celum collaudant angeli si irruent venti et fluant flumina non possunt ea mouere vnquam: fundata enim erant supra petram. **Capitulum. Apocalypsis. xvi.**  
**A**di ciuitate sanctam Hierusalem nouam descendente de celo a deo parata sicut sponsam ornata viro suo. Deo gratias. **ps.** Benedic domine. **vt infra. xij. h. p.**  
**Arbs beata. ex integro. fol. lxx. v.** Hec est domus domini firmis edificata. **ps.** In fundata est supra firmam petram. **Ad mat. an.** Quod meruimus est locus iste vere non est

hic aliud nisi domus dei et porta celi. **Quatio.**  
**D**eus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparaas die et facris semp innumeris representas icolumes exaudi preces populi tui et presta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur cuncta se impetrasse letetur. **Et factus per dominum. C. Inuit.** Exultemus domino regi sumo. Qui suum sanctificauit tabernaculum. **ps.** Venite. **h. p.** Angulare fundamentum. **fol. lxx. c. h. p.** sequitur ultimo. **In. In. c. h. p.**  
**an.** Dominus in templo sancto suo dominus in celo alta. **d. r.** In domino confido. **fol. lxx. a.** Tollite portas principes vestras et eleuauit porte eterneales. **ps. xlvij.** Dominus est terra. **fol. vii. an.** Erit mihi dominus in deum et lapis iste vocabitur domus dei. **ps. xlvij.** Iudicame domine quoniam ego in innocetia. **fol. vii. a.** In templo domini omnes dicent glorias. **ps. xlvij.** Afferre. **fol. x. a.** Edificauit moyses altare domino deo. **ps. xlvij.** Dominus. **fol. xvi. a.** Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. **ps. xlvij.** Magnus dominus. **fol. xvi. b.** Dilexi decorum domus tue. **ps. xlvij.** Et loci habitacionis glorie tue. **ps. xlvij.** **ps. xlvij.** **ps. xlvij.**

h. i.

Non est arbor bona que fa-  
cit fructus malos. **Recto. 4.**

**Q**uia propitia diuinitas  
re freres charissimi fo-  
rentia dedicationis ecclie ce-  
lebramur debemus congruere so-  
lentat quā colimus: vt sicut  
quarum studiosi eius de ec-  
clesie parietibus pluribus accē-  
sis luminaribus amplificato  
numero lectionum: addita  
psalmorum melodia letis no-  
ctis vigiliis ex more trās egre-  
mus: ita etiā penetrata cor-  
diū nostrōrum semp necessariis  
bonorum operum decorum orna-  
tibus. **Semp i nobis flama  
ma diuine patri et fraterne  
charitatis augetur semp in  
sanctuario pectoris nri cele-  
stium memoria preceptorū: et  
angelice laudationis dulce-  
do letare sonet. In dedi-  
catione templi decantabat po-  
pulus laudē. Et i ore eorum dul-  
cis resonabat sonus. Quia  
uerūt facie templi coronis au-  
reis et dedicauerunt altare  
domino. Et in.** **Recto. 11.**

**M**aribus: hic boni the-  
sauri cordis: hec fūdamēta  
sapiētis architecti quā nobis ho-  
dierna scilicet euangelii lectio  
cōmēdat: nō nos formā so-  
lūmodi sed virtutē potius volēs

habere pletas. **Quis et itas**  
mystica veteris instrumenti hy-  
storia nobis colligent insinuat  
quā vel moyses tabernaculū  
vel templū dño salomon insa-  
cte ecclie typum cōdidit.  
Et itaqz enī domus firmiter  
fūdata esse refert: taberna-  
culum quidē quod pactos de  
tabulis habebat parietes sup  
bases argenteas: templū autē  
sup lapides quadros in fun-  
damētis suppositos. **Fū-  
data est domus dñi super  
tūc montiū: exaltata est su-  
per oēs colles: et veniet ad  
eā oēs gentes. Et dicēt glo-  
ria tibi dñe. Veniētes autē  
ventent eū exultatione por-  
tantes manipulos suos. Et  
dicent gloria.** **Recto. 11.**

**L**ignis quoqz erat i pu-  
tribus: de quibus et ta-  
bernaculū oē factū: et tem-  
plū intus ornātū ac desup te-  
ctū fulgebat. Aurū etiā de  
thesauro bono optimū pfe-  
rebat: de quo et tabernacu-  
li parietes intus et foris ve-  
lut: et templū nō tantū parie-  
tes verū etiā laqzaria: trabes  
ostia: postes: et pavimenta  
erāt cooperta. **Sed et va-  
sa et utensilia domus vtrius-  
qz cuncta pene aurea: neqz  
hec nisi de auro purissimo fies**

et licet ab  
rū qui in do  
tur puri  
tabernaculū  
eburū  
entur: by  
ne surgens  
lapidē in tū  
oleū resup  
et mib  
pis iste voc  
fundens ol  
tum vout de  
**Q**uē videt  
ma  
vērū nostre  
ne incertit  
domus nāqz  
mus: mueri  
gura psm of  
grati de arbi  
dom? dñi i m  
tūma domū  
am nullus fi  
**D**ue et em  
tendi signifi  
pphi in eadem  
videt videlicet  
de bene taber  
plebs debet  
mō? tēpi autē  
liti tā est adū  
quot quot i p  
uentri poter  
ppuerit. **R**  
loc? iste nō e

ri licebat. Fructus etiā arborū qui in domū dñi offerebātur purissimi et exquisiti esse iubebant. hoc est vitis oliue thuris. myrrhe. vel lactis. et ceterarū huiusmodi. **¶** Adhane surgens iacob erigebat lapidē in titulum. Fundens oleū desup votū vouit dño. **¶** Erit mihi dñs i deū et lapis iste vocabitur domus dei Fundens oleum desup voto vouit domino. **¶** **Eccl. iij.**

**Q**ue videlicet cuncta spiritualiter intellecta et verā nostre fidei et operationis sinceritatem denunciāt. Domus nāq; vtriusq; (vt diximus) vniuersalis ecclesie figurā premōstrat. Neq; in eo gruū q̄s arbitret q; due sūt domus dñi i mysterio facte. cū vna domū xpi esse ecclesiam nullus fidelis ambigat. **¶** Due etenim domus sunt p̄dite: ob significationē vtriusq; ppli in eādē fidē venturi. iudei videlicet et gētilis. Unde bene tabernaculum sola plebs hebreā p̄didit in eremo: tēplū autē structurā p̄filitū id est aduene de gentibus quotquot i populo israel tūc iueneri poterāt deuota fide p̄pleuerūt. **¶** Terribilis ē loc' iste nō est hic aliud nisi

domus dei et porta celi. Vere etenim dñs est in loco isto et ego nesciebā. **¶** Lunq; euigilasset iacob de somno ait. Vere. **¶** **An. ij. noc. 2.** Vidit iacob scalā sūmitas eius celos tāgebāt et descēdentes angelos et dixit vere locus iste sanctus est. **¶** **Ps. lx.** Exaudi deus deprecationē. **¶** **Jo. iij. an.** Cū euigilasset iacob de somno ait vere dñs ē i loco isto. **¶** **p. lxxij.** Te decet hymnus. **¶** **xxx. a.** Erexit iacob lapidē i titulū fundens oleū desup. **¶** **ps. lxxxiij.** Quā dilecta. **¶** **xxx. an.** Tēplum dñi sc̄m est dei cultura ē dei edificatio est. **¶** **ps. lxxxvj.** Fundamenta eius. **¶** **Jo. xxx. a.** Qui habitat i adiutorio altissimi i p̄fectione dei celi p̄morabit. **¶** **ps. xc.** Qui habitat i. **¶** **ps. xxxv. a.** Bēdīcta gl̄ia dñi de loco sc̄o suo alla. **¶** **ps. xcviij.** Dñs regnauit trascant. **¶** **ps. xxxv. v.** Bti qui habitāt i domo tua dñe. **¶** **In sc̄a sc̄oz laudabūt te. ¶** **Eccl. v.**

**S**ed et rex potentissimus i p̄u conductus a salomone cōmodatq; artificibus et lignis gratatissime iuuat. quia nimirum ante incarnationē dominicā notus tantū in iudea deus: at postq; ille in ea qua nat

**Dedicatio.**

et passus est carne resuscita-  
tus a mortuis: et exaltatus est  
super celos deus: continuo  
super omnem terram nominis eius  
gloria refulsit: orbisque uniuersus  
ad edificationem domus  
illius accepta ab eo promissio-  
ne donorum celestium gaudens  
accurrit. Quid ergo ipse con-  
ditor et redemptor noster de-  
constructione sue domus que-  
ritus sumus: in ea que nobis mo-  
do recitata est lectione san-  
cti euangelii dicat: audiamus.  
Non est arbor bona que facit  
fructus malos: nec arbor ma-  
la faciens fructum bonum. **Et**  
**quod** metuendus est locus iste  
Aere non est hic aliud nisi do-  
mus dei et porta celi. **Sur-**  
gens mane iacob tulit lapi-  
dem et erexit in titulum fundens  
oleum desuper dixit. **De.** **Ecce**  
**B**onas ergo arbores  
et bonos harum fructus  
in constructione sui templi  
rex sapiens querit. At vero  
male arboris que sit finis idez  
alibi docet dicens. Omnis  
arbor que non facit fructus  
bonum excidetur in igne mit-  
tetur. Arbores namque homines  
fructus autem opera dicit ipsorum.  
Vultis enim nosse qui sint ar-  
bores bone: qui ve male fru-  
ctus: Apostolus docet di-

cens. Manifesta autem sine  
opa carnis: que sunt fornicatio/  
inmundicia/luxuria/idolo-  
rum seruitus/veneficia/inimi-  
citie/contentiones/emulatio-  
nes/ire/rixte/dissentiones/he-  
reses/iuidie/homicidia/ebri-  
etates/comessationes/et huius-  
modi similia. **Benedic** domine do-  
mum istam quam edificavi nomi-  
ni tuo. Venientium in locum istum  
exaudi preces in excelso fo-  
lio glorie tue. **Domum** tuam  
domine decet scitudo in longitu-  
dine dierum. **Veni.** **Et ecce.**  
**Ar**bores que tales fructus  
faciunt ad eterni regis tem-  
plum pertineant: Subiungit  
apostolus dicens. Que pre-  
dico vobis sicut predixi: quo-  
niam qui talia agunt regnum  
dei non consequentur. Bone  
quoque arboris fructus sub-  
sequenter enumerat aposto-  
lus cum ait. Fructus autem spiri-  
tus est: charitas/gaudium/  
pax/patientia/loganimitas/  
bonitas/benignitas/masue-  
tudo/spes/modestia/continen-  
tia/castitas. De quibus  
et alibi admonet dicens. Ut  
filii lucis ambulate. Fructus  
enim lucis est: in omni bonitate et  
iustitia et veritate. Qui nimis  
rum fructus cum arboribus qui

bus pro-  
mi fides  
nisi sup-  
racite p-  
mea dom-  
haur dicit  
qui petit  
inuenit p-  
hanc est d-  
ficata: bñ  
firmi pet-  
**A**bo-  
fructum p-  
domo dei  
in eternu-  
ctus qui g-  
opus mie-  
palspera-  
tatis: qui  
in mie gr-  
re se talis  
regis pr-  
dicit. Et  
meo iud-  
ut in hab-  
longitud-  
ta que dñ-  
grates t-  
ea longe  
dicone  
bitates  
noc. a. r.  
tes ubi  
Co. p. 12.

bus procedunt et hic ad do-  
mū fidei illic ad habitatio-  
nē superne beatitudinis ve-  
raciter p̄tinent. **R.** Domus  
mea domus orationis voca-  
bitur dicit dñs. In ea omnis  
qui petit accepit / r q̄ querit  
inuenit / pulsanti aperiet. **V.**  
Hęc est dom⁹ dñi firmē edi-  
ficata: bñs fundata est supra  
firmā petrā. In ea. **Lc. xviij.**

**A**diamus deniq; ar-  
borē bonā de bonorū  
fructuū p̄uētū letantē. Ego  
autē sicut oliua fructifera in  
domo dei: speravi in mīa dei  
in eternū et in sc̄m̄ sc̄lī. Fru-  
ctus quippe oliue lucidus ē  
opus mie: r ideo iurei mīa  
dei sperat in templo eterni-  
tatis: qui in domo dei presen-  
ti mie gratia resp̄lendet. Ju-  
re se talis ad tēpluz magni  
regis p̄tinere p̄fidens / alibi  
dicit. Et mīa tua subsequet  
me: oibus diebus vite mee:  
vt in habitez in domo dñi in  
longitudinē dierū. **R.** Uti-  
ta q̄s dñe habitationē istā.  
Et oēs insidias inimici ab  
ea longe repelle. **V.** Bene-  
dic dñe domū istā et oēs ha-  
bitātes in illa. Et. **In. iij.**  
**noc. 2.** In domū dñi letan-  
tes ibim⁹. **Lc. i.** Letat⁹ suz.  
**fo. xlvij.** Hic dominus edifi-

cauerit. **fo. xlvij.** Ecce nunc  
benedicite. **fo. xlvij.** Fun-  
data est dom⁹ dñi super ver-  
ticem mōtiū. **R.** Et exalta-  
ta est super omnes colles.

**Lc. ix.** Lectio sancti euange-  
lij secundū lucam. **Ep. xij.**

**I**n illo tēpore. Ingres-  
sus ies⁹ pambulabat  
hierico. Et ecce vir nose za-  
cheus: et hic erat princeps  
publicanor: r ipse diues. Et  
reli. **Ex. 3.** mētario beati am-  
broij ep̄i / de eadē lectione.

**3** acheus statura pusillus  
hoc est nulla nobilitatis ige-  
nite dignitate sublimis exti-  
gu: meritis sicut popul⁹ na-  
tionū: audito domini salua-  
toris aduentu quē sui nō re-  
ceperant: videre cupiebat.  
Sed nemo facile iesū videret.  
**¶** Nemo potest iesū videre  
cōstitutus in terra. Et quia  
non prophetas non regnuz  
habebat: tanq̄ forma gra-  
tie naturalis ascendit in si-  
comorū vanitatē scilicet iu-  
deorū: p̄terēs: errata quoq;  
corrigēs superioris etatis:  
et ideo iesum interioris do-  
mus recepit hospitio. **R.**  
Lapides preciosi omnes mu-  
ri tui. Et turres hierusalem  
gēms edificabunt. **V.** Pla-  
tee tue hierusalē sternētur.

**D. iij.**

anno mūdo. Et turres. **Jer.**

**E**t bene ascēdit in arborē vt arbor bona bonos fructus faceret: ac naturali p̄cisus oleastro et cōtra naturā insertus in bonā oliuā: fructū posset legis afferre. Radix enī sancta v̄ si rami inutiles. Quorū infructuosam gl̄iam plebs gētiū fide resurrectōis quasi quādā corporis eleuatione trāscendit. **¶** Et ecce vir nomine zacheus. zacheus ī sicomoro: cecus in via. Quorū alterū dñs miseraturus expectat: alterum mansionis sue claritate nobilitat. Alterum sanaturus interrogat: apud alterū se nō iuitatus inuitat. Sciebat enī vberē hospitiū sui esse mercedem. Sed tamen et si nōdum vocē inuitantis audierat: affectū audierat. **¶** Tu domie vniuersorū qui nullā habes indigentā voluisti templū tuū fieri in nobis. Conserua domū istā immaculatā in eternum dñe. **¶** Tu elegisti domum istam dñe ad inuocandum nomen tuum in ea / vt esset domus oratiōis populo tuo. Conser. **Lectio. xi.**

**A**strū ne cecū illū tanq̄ fastidiosi pauperū

cito reliquisse videamur: et transisse ad diuitē: expectemus euz: quia expectauit et dominus. Interrogem⁹ euz: quia interrogauit et christ⁹. Hos interrogemus quia ne scimus: ille quia nouerat. Hos interrogemus vt sciamus: vnde curatus sit: ille in terrogauit vt in vno plures disceremus: vnde dominus videre mereamur. Interrogauit enī: vt crederem⁹ nisi p̄sistentē nō posse sanari. Et cōfessum inquit vidit: et seq̄batur illū magnificās deū: et pambulabat hierico. Alter enī nō videret: nisi sequeretur xpm̄: nisi dñm predicaret: nisi seculum preteriret. **¶** Audi ciuitatē sanctā hierusalē nouā descēdētē de celo a deo paratā et audiui vocem magnā de throno dicētē ecce tabernaculū dei est euz: hominib⁹. Et habitabit cū eis. **¶** Et ipsi ppl's eius erunt et ipse de⁹ cum eis erit eorū deus. **Et. Lectio. xii.**

**Q**uā diuitibus quocūq̄ in gr̄am reuertamur. Nolumus enī offendere diuites: quia volumus si fieri potest sanare omnes: ne in camelī cōparatione p̄stricti in zacheo citius q̄ oportuit

derelicti iuste habeant com  
 anotionis offensam. Discant  
 nō in facultatibus crimē ha  
 berit sed in his qui vti nesci  
 unt facultatibus. Nam diui  
 tie vt ipedimēta improbis:  
 ita bonis sunt adiuuēta vir  
 tutis. Diues certe zachēus  
 electus a christo sed dimidi  
 um bonorum suoz pauperi  
 bus largiēdo / reddēdo etiā  
 in quadruplū q̄ fraude sus  
 tulerat alterū enī nō sat est  
 nec habet gratiā liberalitas  
 si iniuria p̄seuera: quia non  
 spolia sed dona q̄runē vbe  
 riore mercedē q̄ contulerat  
 accepit. Et bene p̄nceps i  
 ducitur publicanorū. Quis  
 enī de se desperet: quādo et  
 iste puenit: cui senē ex frau  
 de? Et ipse inquit diues? vt  
 scias nō oēs diuites auaros  
 ¶ **B**ndic dñe domū istam  
 et oēs habitātes in illa sitqz  
 lea sanitas hūilitas scititas  
 castitas virtus victoria fides  
 spes: et charitas benignitas  
 temperātia: patientia spūa  
 lis disciplina: et obedientia.  
 Per infinita secula. ¶ Con  
 serua dñe in ea timentes te  
 pusillos cuz maioribz. Per.

**Sequel. euāg. l. l. c. xix**  
**I**n illo tpe. Ingressus  
 Iesus perambulabat

hierico. Et ecce vir nomine  
 zachēus: et hic erat p̄nceps  
 publicanorū: et ipse diues.  
 Et q̄rebat videre iesum q̄s  
 esset: et non poterat p̄re tur  
 ba quia statura pusill⁹ erat.  
 Et precurrens ascēdit in ar  
 borē sicomorū: vt videret il  
 lum: qz inde erat transitur⁹  
 Et cū venisset ad locū suspē  
 ciens iesus vidit illū: et dixit  
 ad eū. zachēe festinās descē  
 de: quia hodie in domo tua  
 oportet me manere. Et festi  
 nans descēdit: et excepit il  
 lū gaudens. Et cū viderent  
 oēs murmurabant dicētes:  
 q̄ ad hominē peccatorē di  
 uertisset. Stans autē zache  
 us: dixit ad dñm. Ecce dimi  
 diū honorū meorū domine  
 do pauperibz: et si quid alti  
 quē defraudauī / reddo qua  
 druplū. Att̄ iesus ad eū. Et  
 hodie salus domui huic fa  
 cta est: eo q̄ et ipse filius ho  
 minis querere et saluū face  
 re: q̄d perierat. Amē. **Ca  
 laud. 8.** Domū tuā domine  
 decet sanctitudo in lōgitu  
 dine dierū. **ps. xcii.** Domini⁹  
 regnauit. **so. xxxi.** **Lap. 8.**  
**ofo vt in primis vel. R. bre.**  
**Lapides preciosi. Des mir  
 ri tui. 7.** Et turres hierusa:



**Dedicatio ecclesie.**

lem gemmis edificabuntur.  
Omnes. **h.** Hoc in templo.  
**fol. lxx. Ad bñ. an.** Abane  
surgens iacob erigebat la-  
pidem in titulum fundens  
oleum desuper votum vo-  
uit dño vere locus iste san-  
ctus est et ego nesciebam. **Ad**  
**primam an.** Domus mea do-  
mus orationis vocabitur.

**Ad. ii. a.** Hec est domus  
dñi firmiter edificata bñfū  
data est supra firmā petras.  
**Lapmer orovt in. i. ves. h.**  
Domine dilexi. **Ad. v. a.**  
Benefundata est domus dñi  
supra firmam petram. **La-**  
**pitular. Apocalypsis. cxi.**

**A**dini vocē magnas  
de throno dicētē: ec-  
ce tabernaculū dei cum ho-  
sibus et habitabit cum eis et ip-  
si populus eius erunt: et ipse deus cum  
eis erit eorum deus. **Beati**  
qui habitant in domo. **Quatio:**

**Q**uesumus ope deus:  
ut in hoc loco noi tuo  
dedicatio cunctis petentib⁹  
aures tue pietatis accom-  
modes. **Eufamu:** Per dñm.

**Ad. i. a.** Lapides p̄ciosi  
oēs muri tui et turre hieru-  
salem gemmis edificabuntur

**Epim. ij. Ad conueptos. vi.**

**Q**uis estis templum dei  
vni sicut dicit domi-

nus: quoniam inhabitabo in illis  
et inambulabo: et ero illis  
deus et ipsi erunt mihi populus

**\* Fundata est domus. d. fo.**

**Q**uoniam potēs sempiternus  
One deus effunde super hūc  
locum gratiā tuam: et omni-  
bus hic te inuocantibus auxi-  
lij tui munus impende. **Et fa-**  
**per do. In scdis vel. super**

**pos seruatur p̄se quattuor:**  
**ae. de. ij. noc. p. r. h. y. a.**  
**et oro vis in leu. Ad nigr. a.**


**et achee festinās descēde q̄**  
hodie in domo tua oportet  
me manere: at ille festinās  
descēdit et suscepit illū gau-  
dēs in domū suā hodie huic  
domui salua deo facta est illa.

**Nota si dedicatio ecclesie**  
alicubi tpe paschali euenie-  
rit pro inuocatio et an. ad  
noc. laud. et horas et super  
pos ad vras opes. seruatur  
illa. ut de scdis tpe pasche  
li occurrēntibus. **Ad m̄gr. in**  
**primis vespis et ad benedi-**  
**ctus an. additur vnum alla.**  
**in fine. Sal. et singulis p̄. ho-**  
**magnis. P̄. h. vero breuib⁹**  
**adduntur duo alla. in fine.**

**CSYAS.**

X





...thille  
...erolles  
...ot pupat  
...m' **de**  
...ampren  
...e sup fide  
...m' r'oma  
...m' b'ant  
...de **de** fu  
...rei. l'apel  
...s' aquaroy  
...re. 1074  
...Et m' b' d'  
...cessede n'  
...na opom  
...le f'ellina  
...rilli gant  
...ode b'rac  
...ata e' a'it  
...no ecche  
...ali caron  
...o et s' d' d'  
...re'acur  
...e p'lic  
...d' ang'ora  
...d' bene'ic  
...ram' g'la  
...l'as p' d' d'  
...d'acur' b'  
...di f'ime

